

Band XI., Nr. 5171, Seite 166

Abt Sifried von Comburg beurkundet den Erbvertrag der Töchter Hugos [von Nagelsberg] mit vier Schwestern [von Künzelsau].

Ohne Ortsangabe, 1298. Oktober 6.

Nos Sifridus dei gratia abbas monasterii in Kanberg ordinis sancti Benedicti Herbipolensis dyocesis recognoscimus tenore presentium litterarum et ad notitiam omnium presens scriptum intuentium cupimus pervenire, quod Elizabeth et Jutha sorores filie Hugonis bone memorie bona ipsarum videlicet partem castri Nagilsberg vineas pomeria prata agros et generaliter omnia bona, que Hugo predictus quesita et inquisita culta et inculta a nobis et a nostro monasterio habuit iure feudali, commiserunt Sifrido filio Erenvridi de Velliberg sub fidei commissaria tenenda et quod prefata Elizabeth et Jutha sorores Mehthildis Gerdrudis Adelheidis et Elizabeth inter se mutuo legaverunt omnia bona ipsarum quesita et inquisita culta et inculta hoc modo, ut quecunque predictarum domicellarum sive dominarum moriatur, quod bona illius domine que moritur ad dominas predictas superstites devolvantur. Et ista predicta sunt acta nostro et Sifridi de Velleberg predicti consensu et voluntate benivole accedente. Testes huius ordinationis sive donationis sunt: Zuricho de Gabelnstein, Volchardus et Volchardus de Velleberg, Lupoldus de Velleberg, frater Burchardus, frater Wernherus de Libesberg de domo hospitalariorum in Hallis, Heinricus dictus Lecher civis in Hallis et alii quam plures fide digni. Et in testimonium predictorum nostrum sigillum et sigillum predicti Sifridi filii Erenvridi de Velleberg presentibus sunt appensa.

Datum anno domini MCCLXXXVIII., II. nonas Octobris.

Der Textabdruck folgt dem Original.

Zwei abhängende Siegel, 1) des Abts von Comburg, s. WUB, Bd. X, S. 27; Umschrift: ● S ● SIFRIDI ● ABBATIS ● DE ● KAMBERK. 2) rund, 32 mm., im Schild ein Flügel und rechtes Obereck: Umschrift: + ● S ● SIFRIDI ● DE ● VELLEBERG.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HZA Neuenstein

Signatur/Titel des Originals:

GA 5 Schubl. XXX Komburg 1

Editionen:

Wibel: Hohenlohische Kirchenhistorie, Bd. 4, Codex Diplomaticus, S. 26, Nr. 28.

Weitere Angaben

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Aussteller:

Sifried; Abt von Comburg

Ortsindex:

Comburg Wohnplatz (3320)

Comburg, Schwäbisch Hall, SHA

Gabelstein Wüstung (22008)

Gabelstein, Öhringen, KÜN, W

Künzelsau Wohnplatz (2446)

Künzelsau, KÜN

Lißberg, Ortenberg, FB

Nagelsberg Wohnplatz (2450)

Nagelsberg, Künzelsau, KÜN

Schwäbisch Hall Wohnplatz (3361)

Schwäbisch Hall, SHA

III

Vellberg Wohnplatz (3467)

Vellberg, SHA

Würzburg, WÜ